

CONCIL

ecclesiae in suas usus domesticos & eius commoda uel agrorum  
 fructus non cum praesbyterorum consuetudine diaconorum que  
 pertractat sed horum potestatem aut domesticis suis aut  
 propinquis aut filiis que committat. Ut per huiusmodi per  
 sonas occulte ceteris ledantur ecclesiae synodo prouinciae  
 istis personas istas persoluat. Si autem & aliter accusetur  
 episcopus aut presbiter quicum ipso sunt quod ea quae pertinent ad  
 ecclesiam uel ex agris uel ex alia qualibet ecclesiastica  
 facultate sibi & usurpent. Ita ut ex hoc affligantur quidam  
 pauperes criminationi uero & blasphemis tam sermo prae  
 dicationis quam hi qui dispensant. Taliter exponantur & hoc  
 oportet corrigi sancta synodo id quod condecet a probante.

Baron. Notat XXVII.

**ET SUBSCRIPSERUNT** triginta. episcopi. qui eodem concilio  
 conuenerunt. Eusebius. palaestanus. Theodotus. mesopo  
 tamiensis. Theodorus. isauriensis. Anthiocus. femicensis.  
 Agapius. arabiensis. Narcissus. cylesiriae. Alfios. aliciensis.  
 Nicetas. aetherius. Anatholeus. macedonius. Paulus.  
 iacobus. Tercondinantos. petrus. Siricus. agapius. Bassus.  
 quiron. Acelas. magnus. Alexander. theodolus. petrus.  
 enius. Moemus. theodorus. Moyses. manicos.

EXPLICIT TEXTUS CANONUM CONCILII ANTHIOCENI.  
**INCIPIIT TEXTUS CANONUM CON  
 CILII LAODICENSIS EXPO  
 SITE APUD LAODICIAM FRI  
 GIANE NUMER. LVIII.**

320. Titulus.  
 Jason. ecc. in Laod.  
 in Epistola.



**S**cā synodus quae apud laodociam phrygiae pagatione  
conuenit ex diuersis regionibus asiae definitiones  
exposuit ecclesiasticas quae subter adnexae sunt.

**DE BIGAMIS.**

**I. DE HIS QUI SECUNDUM**

ecclesiasticam regulam libere ac legitime secundis nuptiis  
iuncti sunt ne occulte nuptiarum copulam fecerunt. Oportet  
ut paruo tempore transacto uideant orationibus & ieiuniis.  
Quibus & iam iuxta indulgentiam communionem reddi  
decreuimus. **DE HIS QUI PRO DIUERSIS**

**ERRATIS POENITENTIAM FERUENTIUS EXIGER.**

**II.** **D**ī qui diuersis facinoribus peccauerunt & per seueranter  
in oratione confessionis & poenitentiae conuersionem  
amant habuere perfectam pro qualitate delicti. Talibus  
paenitentiam tempus impensum propter clementiam  
& bonitatem dī communicatio concedatur. **Q̄NON**

**OPORTET AD CLERUSIAM  
POST BAPTISMA PROMOUERI.**

**III.** **D**e his qui nuper sunt in luminati baptismo quod eos  
in sacerdotali non conueniat ordinare promoueri.

**DE TEMPORE ORDINATIONUM.**

**III.** **Q**uod non oporteat ordinationes sub conspectu audientium  
celebrari. **UT HI QUI SACRARIO SER**

**UIUNT USURAS NON ACCIPIANT.**

**V.** **Q**uod non oporteat sacerdotes & clericos feneratorum

usuras uel que dicuntur fescupla . id . est & summam captas .  
 & dimidium summe percipere . **DE HERETICIS IN  
 TRANTIBUS IN ECCLESIAM UEL BA  
 SILICAS MARTYRUM .**

**I.** Quod heretici non per mittendisint ingredi indomum di  
 in heresi permanentes . **DE HIS QUI AD ECCLESIAS  
 AB HERETICIS UENIUNT .**

**II.** De his qui ab hereticis conuertuntur . id e . nouatianis aut  
 tesseter cede catitis siue baptizati sunt illi seu cathecumini  
 non ante suscipiantur quam omnes hereses anathematizent .  
 & praecipuae illam qua detenebantur . & tunc demum  
 hi qui apud eos dicebantur fideles nrae doceantur . fidei  
 symbolum & uncti sco crismate sic misteris communicent  
 sacrosanctis . **DE HIS QUI UENIUNT AB HE  
 RESICATA PHRYGARUM**

**III.** De his qui conuertuntur ab heresi qua dicitur cata phrigaru  
 & simclero qui apud eos esse creditur fuerint . & si maxime  
 nominentur hos sub omni diligentia ab episcopis ecclesiae  
 uel presbyteris instrui & baptizari conueniet .  
**DE HIS QUI AD HERETICORUM SPE  
 LUNCAS CAUSA ORIS ACCEDUNT .**

**IIII.** Quod non per mittantur ecclesiastica ad hereticorum  
 coemiteria uel ad ea que ab eis appellantur martyria  
 orationis causa uel sanitatis accedere . sed huiusmo di  
 si fideles fuerint certo tempore communione priuari .

poenitentes autem & confitentes se deliquisse conuenit  
 suscipi. **DE HIS QUI CUM HERETICIS  
 NUPTIARUM COPULA IUNGANT.**

X **Q**uod non oporteat indifferenter ecclesiasticos foedere  
 nuptiarum hereticis suos filios filiasque coniungere.

**NON CONGRUERE PRÆBYTERAS  
 IN MULIERIBUS ORDINARI.**

XI **Q**uod non oporteat easque dicuntur præbyteræ præ  
 sidentes in ecclesiis ordinari. **DE EPISCOPA  
 LIBUS ORDINATIONIBUS.**

XII **V**t episcopi iudicio metropolitano & eorum episcoporum  
 quicircum circa sunt proueantur ad ecclesiasticam  
 potestatem. hi uidelicet qui plurimo tempore probantur.

Tam uerbo fidei quam recte conuersationis exemplum.

**IUDICIO MULTITUDINIS ORDINATIO  
 NES FIERI NON DEBERE.**

XIII **Q**uod non sit permitendum turbis electiones eorum  
 facere qui sunt ad sacerdotium prouehendi.

**AD ALIAS PARROECIAS EULOGIASQUE  
 OBLATIS MINIME DESTINANDAS.**

XIII **Q**uo dicitur nullomodo causa eulogiarum tempore paschalis  
 festa ad alias parroecias debeant destinari.

**DE HIS QUI DEBEANT IN AMBONE  
 IO EST IN PULBITO PSELLERE.**

XV **Q**uod non oporteat amplius præter eos qui regulariter

cantores existunt. qui & de codice canunt alios in pulpitu  
conscendere & in ecclesia psallere. **DE LECTORIBUS  
QUAE DEBEANT SABB RECCENSERI.**

**XVI** Quod in sabbato euangelica cum aliis scripturis legi conueniat.  
**QD INTERSTITIUM PSALMORUM  
DEBEAT IN CONGREGATIONIBUS FIERI.**

**XVII** Quod in conuentu fidelium nequaquam psalmos continuare  
conueniat sed inter uallum id est per psalmos singulos recenseri  
debeant lectiones. **DE PRAECIBUS NONA ET UESPERA CELEBRANDIS**

**XVIII** Quod id ipsum semper officium praecum nona & uespera semper  
debeat exhiberi. **DE PRAECIBUS POST OMELIAS  
ID EST POST SERMONES HABITOS AD POPULUM PRO  
FERENDIS FIDEI HIS QUOD INTRA SACRAMENTUM  
COMMUNICARE CONUGNIAT.**

**XIX** Quod oporteat seorsum primum post allocutiones episcoporum  
orationes super cathecumenos celebrari. & postquam cathecumini  
egressi fuerint super eos qui sunt in poenitentiam praecem fieri.  
his & iam accedentibus ad manum sacerdotis & discedentibus  
tres orationes consummari fidelium. Ita ut prima quidem  
sub silentio. secunda uera & tertia per exclamationes solitas  
expleatur. & ita demum pacem sibi inuicem dabunt. & postea  
quam dederit episcopus presbyteris osculum pacis. Tunc laici  
pacem sibi tribuent. & ita scilicet celebrabitur oblatio. solis autem  
ministerio sacro deditus ad altare ingredi & communicare  
ibidem liceat. **DE HONORE QUE PRAESBYTERIS  
DIACONI QUI SUBMISSIS DEBEANT EXHIBERE.**

**X** Quod non oporteat diaconum coram presbytero sedere.

sed iussione praesbyteri sedeat. similiter autem & diaconis honor debeat ab obsequentibus. Id est subdiaconis & omnibus clericis. **QD SUBDIACONI DIACONO ID EST A SECRETARIO:**

**XXI** Quod non oporteat subdiaconos habere locum. **SIN REMOTI** in diaconico & dominica uasa contingere. **SUBDIACONOS CUM ORARIIS AD SISTERE NON DEBERE.**

**XXII** Quod non oporteat subdiaconum uti orario ne hostia derelinquere. **LECTORES CANTORESQUE CUM ORARIIS AGERE SUUM OFFICIUM NON DEBERE.**

**XXIII** Quod non oporteat lectores aut cantores orariis uti & ita legere & psallere. **QD NULLUS ECCLESIASTICORUM IN TABERNIS COMEDERE DEBEAT.**

**XXIII** Quod non oporteat sacro ministerio debitos a presbyteris usque ad diaconos & reliquum ecclesiasticum ordinem. Id est usque ad subdiaconos lectores cantores exorcistas & hostiaris & ex numero continentium & monachorum ingredi tabernas. **QD SUBDIACONI NON DEBEANT BENEDICERE UEL BENEDICTIONEM TRIBUERE.**

**XXV** Quod non oporteat subdiaconos panem dare uel calicem benedicere. **DE EXORCISTIS QUI NŌ AB EPIS ORDINATI.**

**XXVI** Quod hi qui non sunt ab episcopis ordinati tam in ecclesiis quam in domibus exorcizare non possint. **QD DE CONUITIIS QUAE EX AGNE FIUNT ELS CARUM PARTES ACCIPERE DEBEANT.**

**XXVII** Quod non oporteat sacro ministerio debitos clericos aut laicos ad agapen uocatos ciborum partes accipere propterea quod hinc ecclesiastico ordini fiat iniuria. **INECCLESIA PRANDIA FIERI NON DEBERE.**

**XVIII.** Quod non oporteat indominicis id est indomini ecclesiarum  
 conuiuia quae uocantur agape fieri. nec in radomundi  
 comedere uel acubitos sternere. **DE XPIANIS QUI SE  
 SABBATIZARE UEL IUXTA QUEDAM MODUM IUDAIZARE NOSCUNT.**

**XV.** Quod non oporteat xpianos iudizare & otuari in sabbato sed  
 operari eos in eodem die. praeserentes autem in ueneratione  
 dominicum diem si uacare uoluerint ut xpiani hoc faciant. Quod  
 si reperi fuerint iudizare anathema sint xpo.

**DE UIRIS CUM MULIERIBUS  
 LAUACRA CELEBRANTIBUS**

**XX.** Quod non oporteat sacris officis deditos aut clericos aut con-  
 tinentes uel omnem laicum xpianum lauacra cum mulieribus  
 celebrare. quia haec apud gentes reprehensio prima est.

**DE HIS QUI IN HERETICIS IUNGUNT  
 FOEDERA NUPTIARUM**

**XXI.** Quod non oporteat cum hereticis uniuersis nuptiarum foedera  
 celebrare. nec eis filios dare uel filias sed magis accipere. si tamen  
 xpianos se fieri promittant. **AB HERETICIS EULO-  
 GIAS ACCIPERE NON DEBERE.**

**XXII.** Quod non oporteat ab hereticis eulogias accipere. quae sunt  
 maledictiones potius quam benedictiones.

**DE SCIS MATICIS**

**XXIII.** Quod non oporteat cum hereticis aut scismaticis pariter orare.

**DE MARTIRIBUS HERETICORUM**

**XXIII.** Quod omnem xpianum non oporteat deserere martyres xpi.  
 & ire ad pseudo martyres. id est hereticorum. & quos ipsos  
 constat hereticos extitisse. hinc namque sunt alienati ad o-

fit igitur anathema qui ad tales accesserit.

**DE HIS QUI ANGELOS COLUNT**

**XXXV** Quod non oporteat xpianos ecclesiam dei relinquere & ire atque angelos nominare. & congregationes facere quae interdicta noscuntur. si quis igitur inuentus fuerit huic occulte idolatrie seruiens sit anathema quia dereliquit dominum nostrum ihesum christum filium dei & se idolatrie tradidit.

**DE HIS QUI INCANTATIONIBUS ET PHYLACTERIA UTUNTUR**

**XXXVI** Quod non oporteat sacris officis deditos uel clericos magos aut incantatores existere phylacteria quae animarum suarum uincula conprobantur. eos autem qui his utuntur ab ecclesia pelli praecipimus.

**DE HIS QUI AB HERETICIS**

**UT IUDEIS FESTIUITATIS EORUM DONASUSCIPIANT.**

**XXXVII** Quod non oporteat iudeis uel hereticis ea quae mittuntur munera festiua suscipere ne cum eis festa celebrare.

**DE CHRISTIANIS QUI IUDEORUM AZIMAM COMEDUNT.**

**XXXVIII** Quod non oporteat azima iudeis accipere & communicare impietatibus eorum.

**DE CHRISTIANIS CELEBRANTIBUS FESTA GENTILIUM.**

**XXXVIII** Quod non oportea cum gentilibus festa celebrare & communicare prauitatibus eorum qui sine deo sunt.

**DE EPISCOPIS QUI EXSQUALIUNT EUOCATIONES AD SYNODUM UERTANT.**

**XL** Quod non oporteat episcopi ad synodum uocatus omnino contemnere. sed protinus ire & docere uel discere ea quae ad correptionem ecclesiae uel reliquarum pertinentium rerum. se ipsum uero qui contempserit accusabit. nisi forte

per egritudinem ire non possit. **QD SINELITTERIS  
SACROMINISTORIOSERUIENTES  
PROFICISCINONDEBEANT.**

I. Quod non oporteat sacerdotem uel clericum sine litteris pro  
fiscis canonicis. **QUODPRETEREPMCLERICUS  
PROFICISCINONDEBEAT.**

II. Quod non oporteat sacerdotem uel clericum preter iussionem  
sui profisci pontificis. **QD SUBD ADHOSTIUMSERSEUERENT.**

III. Quod non oporteat subdiaconus salampaululum ianuam deferere  
& orationi uacare. **UT ADSACRARIUM MULIERES NINTROEANT**

IV. Quod non oporteat ingredi mulieres ad altare. **DEHIS  
QUI CIRCA MEDIAM SEPTIMANAM ADBAPTISMAUENIUNT.**

V. Quod non oporteat ad baptismum quemquam post dua quadra  
gesime ebdomada admitti. **DE REDDITIONE BAPTIZANDORUM.**

VI. Quod oporteat eos qui ad baptismum ueniunt fidem discere.  
& quinta feria septimana maioris. epi aut presbiteris reddere.  
**DEHIS QUI IN EGRI TU DINE BAPTIZANTUR**

VII. Quod oporteat eos qui in egritudine percipiunt baptismum.  
postquam conualuerint fidem perdiscere & scire cuius  
muneris participes facti sunt. **UT POST BAPTISMA XPI SMA NDEI**

VIII. Quod oporteat eos qui baptizantur post lauacrum xristma  
celestis percipere & regni xpi participes inueniri.  
**OBLATIONES OFFERRI IN QUADRAGESIMA N OPORTERE.**

IX. Quod non oporteat in quadragesima panem benedictionis  
offerri nisi sabbato & dominico. **NON DEBERE ELIUM LUM  
SOLUI. IN QUINTA FERIA MAIORIS SEPTIMANE.**

X. Quod non oporteat in quadragesima in ultima septimana.

quinte ferie. ieiunium soluere totamque quadragesimam sine ueneratione transire. magisque conueniat omnem quadragesimam disincto uenerari ieiunio.

**NON DEBERE IN DIEBUS IEIUNIORUM  
COMMEMORATIONES MARTIRIUM**

**Lj.** Quod non oporteat in quadragesimum martyrum natalicia celebrari. sed eorum sancta commemoratio in diebus sabbatorum & dominicorum fieri conueniat. **UT NATALICIA UEL NUPTIAE IN QUADRAGESIMA NON FIANTE.**

**Lij.** Quod non oporteat in quadragesima aut nuptias aut natalicia celebrari. **UT IN CHRISTIANO & IN SALTU IN NUPTIAS.**

**Liii.** Quod oporteat christianos euntes ad nuptias plaudere uel psallere. sed uenerabiliter cenare uel prandere sicut christiani decet. **NON LICERE CLERICIS LUDI CRISPE IN ACULIS INTERESSE.**

**Liiii.** Quod non oporteat sacerdotes aut clericos ex collatis uel commissaionibus conuiuia celebrare. hoc autem nec laicis posse congruere. **NON LICET PRESBYTERIS INTROIRE AD ALTARE PRIUS QUAM INGREDIAT EPUS.**

**Lv.** Quod non oporteat presbiteros ante processionem episcopi introire sacrarium sedere sed cum episcopo debent ingredi uel in sub selis sedere nisi forsitan infirmitate detineatur. aut proficiatur episcopus. **QUI IN AGRIS UEL IN POSSESSIONIBUS DEBEANT ORDINARI.**

**Lvi.** Quod non oporteat in uillulis aut in agris episcopus confitui sed uisitatores. uerum tamen iam pridem confitui nihil faciam praeter consuetudinem episcopi ciuitatis. similiter

& praesbyteri preter consilium ep̄i nihil agant. **OBLATIONES OFFERRE IN DOMIBUS NON OPORTERE.**

**LVI.** Quod non oporteat in domibus oblationes celebrari ab ep̄is uel a priis. **quod psallemus uel legere in ecclesiis cōueni**

**VIII.** Quod non oporteat plebe os psalmos in ecclesia cantari ne clubros preter canonum legi. sed sola sacra uolumina noui testamenti uel ueteris. **EXPLICIT CANONES CONCILII LAIOGENS**

**INCIPIT REGULE CONSTANTINOPOLITANI.** num. 4. p. 11

**S**ub theodosio piissimo imperatore apud constantinopolim exposita sunt canones. num. **III.** haec definitiones expositae sunt ab ep̄is. Centum quinquaginta qui in ipsum apud constantinopolim conuenerunt quando beatus neccarius ep̄s est ordinatus.

*Celebratum  
sub Samaso PP.  
381. i. macedoniam*

**UIE AQUE APUD NICHEAM STATUTAS**

**IN MOIAPERMANEANI ET DE ANATHEMATI ARRIANORUM**

**EU NOMIANORUM MACEDONIANORUM SABELLIANORUM**

**PHOTIANORUM MARCELLIANORUM ET APOLLINIANORUM**

**F**idem non uolendam patrum trecentorum decem & octo.

Qui apud nicheam bythinie conuenerunt. sed manere eam firmam & stabilem & anathematizandam omnem heresim & specialiter eunomianorum uel anomianorum & arrianorum uel eudoxianorum & machedonianorum uel spū scō resistentium. & sabellianorum & marcellianorum & photianorum & appollinianorum.

**DE ORDINE SINGULARUM DIOECESONUM**

**ET DE PRIVILEGIIS QUAE BEgyptiis**

**ANTIOCE CONSTANTINOPOLITANIS**

**II.** Qui sunt super dioecesi ep̄i nequaue debent quam ad ecclesias quae sunt extra p̄fixos sibi terminos accedant. nec eas.